Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Bernhard Quistorp

Die Natali Festo Augustissimi Ac Omnipotentis Cælorum Principis, Domini Nostri Jesu Christi ... Cives Academicos ... Pro Ratione Sui Officii, Qvædam Circa Divi Pauli Effatum Ad Rom. IX. v. 5 Præfatus Excitare Voluit

Rostochii: Typis Io. Iac. Adleri, [1744?]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0001
DFG

T. 512.

1744 Weihn.

A 1256. ~~279.~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0002
DFG

W. 17444

DIE NATALI FESTO
AUGUSTISSIMI AC OMNIPOTENTIS CÆLORUM PRINCIPIS,
DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI
INFINITI DEI PATRIS FILII
DEI UNIGENITI,
LIBERTATIS HUMANI GENERIS
VINDICATORIS,
REGNI DEI DESTRUCTA SATANÆ POTESTATE
RESTAURATORIS,
REGUM REGIS, SUMMI PARITER
PROPHETÆ AC SACERDOTIS,
FRATRIS NOSTRI EXOPTATISSIMI,
DOMINI AC SALVATORIS NOSTRI BENIGNISSIMI,
FELICITER NON SINE LÆTITIA PIORUM
INSIGNI RECURRENTE,
CIVES ACADEMICOS O. O. HONORATISSIMOS,
AD EUNDEM PIE ET DEVOTE OBEUNDUM,
PRO RATIONE SUI OFFICII,
QVÆDAM CIRCA DIVI PAULI EFFATUM AD ROM. IX. v. 5.
PRÆFATUS EXCITARE VOLUIT,
RECTOR UNIVERSIT. ROSTOCHIENSIS
JOHANNES BERNHARDUS QVISTORPIUS,
MED. D. ET PROF. P. O. AC POLIATER.

ROSTOCHII,
TYPIS IOA. IAC. ADLERI, SEREN. PRINC. ET ACAD. TYPOGR.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0003
DFG



Rom. IX. v. 5.

Quorum judæorum ſunt patres ex quibus eſt CHRISTUS ſecundum carnem, qui eſt ſupra *omnia DEus benedictus in ſecula Amen.* Inter illuſtria ſcripturæ ſacræ dicta, quæ humanam pariter ac divinam Chriſti naturam ſine omni confuſione inter ſe unitas ſiſtunt, locum divi Pauli ad Rom IX. 5. inſignem & primarium eſſe, nemo, Viri O. O. Honoratiſſimi, veri Chriſtianorum nominis unquam negavit temere. Etenim eundem quem exſemine Davidis ſecundum carnem factum eſſe Cap. I. 3. prædicavit, & cujus generationem Matthæus Cap. I. ab Abrahamo, Lucas vero Cap. III. ad Adamum usque recenſuit, ex Judæis eorumque patribus originem ſuam traxiſſe, ſcriptum Legimus Non autem omnis Chriſtus, ſed quod ad carnem attinet, qua humana ipſius natura indicatur Joh. II. 14. 1. Timoth. III. 16., ex virgine, juſto tempore impleto factus eſt Gal. IV. 4. Qui benedictus ſimul prædicatur DEus ſuper omnia. Quo nomine & attributo ſoli DEO proprio Rom. I. 25. ejus divina natura ſatis ſuperque demonſtratur ut in Chriſto tanquam una perſona 1. Tim. II. 5. duæ â ſe invicem diſtinctæ naturæ ſint conſpicuæ. Ex patribus enim hominibus homo eſt, â Patre DEO

EDUS

DEVS, alias est super omnia benedictus in secula Amen.' Quæ cum rationis rectæ ductum sequentibus Luce clariora ex effato Paulino apparent, mirum sane multis ex rationibus veræ fidei membris esse potest, qui fiat, ut testimonium nostrum inter Luculenta Luculentissimum Diaboli astutia, malitiaque hominum sit omnium vexatissimum. Infinita enim sunt, quæ objiciendo & excipiendo socienus ejusque assecla contra hoc evidentissimum veritatis testimonium in medium proferunt, uti ex Lectione B. Joh. Qvenstedii (a) & Dav. Parei (b) pluribus constat. Cum autem ita docte illa exposita sunt & destructa, ut nihil supra, & nobis veritatum earumque relatarum, quæstionibus immiscери difficillimis non liceat: ea quæ & â Medico exspectari possunt, & ê re nostra medica in ejusmodi dictis illustrandis peti solent, proferre apud animum constitui. Humani genetis salvator ê Judæis suam quo ad carnem, originem, â Paulo, traxisse & â virgine conceptus ac natus dicitur. Praeterea ecclesiæ nostræ doctores pariter veteres ac recentiores in purissimæ conceptionis modo, & sanctissimi fœtus formatione nimium nonnunquam occupatos fui esse & naturali hominis, edendi via, quantum fieri licet, illustrare modum meminimus. Quapropter quousque in explicanda fœtus conceptione ejusque formatione adhuc â nostris perventum sit Medicis, pertractandum nobis sumsimus; siquid forsan lucis nostro aliisque Messiam â virgine nascendum vel natum probantibus dictis inde afferri possit. Ab Hippocrate ad Guilielmi Harvei tempora usque, hominem ex semine virili & muliebri in utero (se supra semina duo colligente ac undique ea comprehendente atque contracto, ut nulla penitus vacuitas relinquatur) concepto mixto & fermentato oriri statuunt, cum â septimo ad undecimum aut duodecimum diem ad summum ex purissima seminis utriusque portione fœtus ita perfecte formatur ut in eo omnes corporis partes, aliæ externæ majores, ut caput collumtruncus, aliæ ex-

(a) System. Theol. Part. III. memor. I. de Persona & natura Christi Quæst. III. pag. 126. 129. sqq.

(b) Oper. Theol. Exeg. P. II. S. explic. Dubiorum in Cap. IX. ad Romanos Dub. III. pag. 212.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0005
DFG

tremitates cæteris minus perfectiores appareant (c). Posteaquam autem Theoriam generationis Harveus (d) & Nuckius (e) indubiis superstruxerunt experientiis; ex ovulo in matris ovariis existente hominem nasci cognitum est, illa hypothesi, quæ ex ruda indigestaque mole seminis virilis & muliebris hominem oriri nulla ratione perbibet quam doctissime explosa. Modum autem fætus formandi, naturæ ille indagator (f) sic concipit, Punctum rubrum, particulam sanguinis, quantum ipsi ex accurata inspectione discernere licuit, ab aura seminis virilis fœcundari, ut fiat saliens, deinde formari fibras & venas, posteaque vesiculam & demum Cor, utpote organa recipiendo acretinendo sanguini primo hominis principio destinato & sic porro. Quo modo quam plurimi recentiorum medicorum se expediunt, discrimine quam minimo intercedente. Stamen enim corporis humani inovulo præexistere credunt quale perspicacem Ruyschium observasse Lischwitzius (g) perhibet, in cujus corculum exiguum aura seminalis penitret, exiguosque musculos extendat ipsique stamini vitam largiatur (h). Cum autem diligentes arcanorum naturæ scrutatores, qualis Lewenhock (i) in ovulo nullas fibrillas aut corpusculi simile, sed tantum humorem limpidum eumque homogeneum ovi albumen gallinacei repræsentantem detegere potuerunt, cum præterea ex uniformi, qualis est, ille liquor materia quomodo solo accedente calore (ut in ovis avium accidit & in generatione fætus humani simili ratione credendum est) corpus Organicum artificiosissimum

(c) vid. Pinæus de Virgin. notis gravidit &c. s. opus physiolog. lib. II. Cap. II. pag 89. seq. Lud. Bonacit. de fœtus format. Cap. 2. n. 2. pag. 190.

(d) exercit. de generat. animal.

(e) vid. Christ. Wolffii vermuthliche Gedancken von denen Würckungen der Natur, P. IV. Cap. VI. pag. 727.

(f) exercit. de gene. anim. L. I. p. 300.

(g) Diss. de ortu & propag. hominum §. 45.,

(h) Hoffmanni Medic. rat. syst. T. I Cap. 12. §. 103. p. 340. Berg. natur. hum. L. II. Cap. I. & reliq.

(i) in arc. Nat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0006
DFG

ſiſſimum ſemper ſimillimum ſui formari poſſit, non concipitur: â nonnullis eruditorum communis relinquitur hypotheſis & Lewenhockiana nimis amatur. Nimirum celeberrimus ille Vir (k) ſemen virile omnium animalium animalculis abundare centies ſcripſit cui Hartſcœckerus (l) aliique (m) fidem fecerunt, & quod â quolibet miſcroſcopiis bonis inſtructo eisque aſſueto videri poteſt. Jam vero ſemen virile medium eſt ordinarium, quo fætus in ovulo ſuum concipiat ortum, & magis magisque in dies creſcat. Hinc cum de ortu hominis ſive animalis ſermo eſt: aſſerere non dubitant, ſeminis virilis animalculum per tubam fallopianam in ovilum penetrare, ibique ab humore contento, donec aliunde autrimentum accedat, ali, indies ſe explicare & creſcere (n). Id quod omni diligentia ova gallinacea & â gallo gallinaceo fœcundata & minus excitata perſcrutatus Malphighius (o) nobis fere perſvadet, cum partim in illis ſacculum fætum in ſecontinentem; in his vero non niſi liquorem album uniformem, quod albumem ovi nominamus invenit, partim autem fætum eadem figura depingit, qvadiligentes obſervatores animalcula viderunt & delinearunt ſeminalia. Idem ille Malphigh. (p) diligenter ova incubata & fracta inſpiciens, & partes pulli ſucceſſive quidem, at quam minimo temporis interjecto ſpatio, proſepere obſervans omnibus facem & occaſionem ſtatuendi dedit, animalculum ſpermaticum inſtar papilionis ex eruca (q) transformari, & ſucceſſive ſuas partes, membra ſcilicet corporis in ipſo jam præ exiſtentia explicare ut demum ſpatio novem menſium præterlapſo, in illa proportione membrorum, quam videmus, partus excludatur (r) Sed hæc hactenus de phyſicorum

(k) L. L. u.
(l) in ſvites de Conject. phyſiq. L. I. diſc. 7 art. I. ſeq.
(m) Chriſt. Wolfius in den nützlichen Verſuchen, Tom. III. §. 99.
(n) vid. Bœrhaven inſtit. med. §. 651.
(o) de ovo incub.
(p) de format pulli in ovo Op. Tom. II.
(q) vid. Schammerdam Hiſtoire gener. des inſectes.
(r) vid. Bœrhaven L. L. c. c. Hoffm. in Med. rat. ſyſt. Th. c. c.

placitis circa hominis generationem. Quodsi jam Theologo Doctori in modum conceptus filii DEI in utero Virginis Mariæ, ejusque formationem inquirere liceat, & vestigia summorum Theologorum veterum pariter ac recentiorum sequi, (s) in usum suum supra dicta verterc, sanctissimumque Salvatoris nosti corpus formandum hoc generandi modo naturali illustrare poterit quam feliciſſime. Quanquam enim Spiritum sanctum in Mariam supervenisse & virtutem altissimi ei obumbrasse Luc. I. 35., nec minus Filii DEI incarnationem mysterium esse omnium confessione, Tim. III. 16. quilibet sanæ mentis veræque fidei concedet qnam Lnbentissime. Eum tamen, uti filios hominum consimiliter carnis & sanguinis factum esse participem, ipsa sacra scriptura Heb. III. 4. testatur. Et tempus novem mensium, generationi hominum naturæ lege concessum, intra quod sanctus DEI filius a primo conceptionis momento in utero beatæ virginis Mariæ conceptus formatus, sustentatus acindies, major factus atque absolutis denique mensibus excelsus est Luc. II. 6. cetissimum concludendi fundamentum præbet, spiritum S. iu formando corpore Christi hominis ordiuem, quantum fieri licuit, naturalem, tenuisse, & humanæ Christi naturæ stamen, quanquam sine commixtione seminis virilis Luc. I. 34. ex solius spiritus sancti virtute & operatione vers. 35. Matth. I. 18-20., Maria concepit, ex illa â sancto spiritu eodem modo, quo nostrum, constructum, & ab eodem fotum esse atque nutritum, ut nostra genesi corporis Christi formatio, quam optime declarari possit. Hinc est quod b. Quenstedius (t) mysterium incarnationis filii DEI summa reverentia tractans scripserit. *Spiritus S. inquiens*, singularissima *sua præsentica & virtute Mariam semper-virginem ad concipiendum mundi salvatorem fœcundam reddidit semen prolificum ex castis ejus sanguinibus elicuit, ab omni adhæreute peccato purgavit, ipsique Mariæ virtutem præbuit, qua conciperet ipsum filium DEI Luc. II. 36.* Veterum enim opinionem secutus, qua præter virile semen mulicbre, quod utrumque ex optime sanguinis parte, testibus physicis

(s) vid. Iac. Carpovius de stamine Hum. Christi §. XXIII.

(t) l. c. p. III. Cap III. Membr. III. de statibus Christi Sect. I. de conceptorum Thes. XII. Obs. I.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0008
DFG

ſticis (u) præparatur, ad fætum formandum â DEO conſtitutum eſt, ſeminis Mariæ congregationem ejusque excitationem ſive fœcundationem â ſpiritu S. neceſſariam duxit. Cum autem â veritate phyſiologorum principii hæcce conceptionis explicatio dependet, & jam illa veterum hypotheſis diu rejecta eſt: modum explicandæ filii DEI conceptionis accuratius meo quidem judicio tetigiſſe videntur, qui ſalvatorem mundi ex Ovulo Mariæ extitiſſe, ſunt profeſſi. Quam itaque cum veritatis teſte Dn. Wurſfelio, qui hanc ſecutus eſt hypotheſin (x) â Theologis quibusdam Pomeranis, dicam ea propter ipſi moventibus, inique actum ſit, æqui rerum arbitrii judicent.

Sententia vero de origine ſtaminum in ovulis exiſtentium duplex eſt; altera in primo ejus generis animali, intuitu ſcilicet hominum in Eva fœtus rudimenta ponentium, quod ſyſtema involutionis â Malibranchio defenſum plurimi phyſicorum aſſumſerunt; altera eorum, qui ſtamina futuri hominis cum Honorato Fabrii, Perault & Sturmio, in aere aqua & terra diſperſa, ab hominibus mediante cibo vel potu vel attractione ſpiritus vitalis accipi perhibent (y) Secundum illam, non hanc hypotheſin Theologi quondam conſumatiſſimi academiæ noſtræ decoris b. Ioh. Fechtii (z) ſententia, aliis viſa ſingularis, de maſſa Chriſti præſervata, ex qua Salvator generis humani tempore â Prophetis prædicto factus ſit, explicari poſſe videtur, ut non niſi ſpiritus S. ſingulari operatione & virtute infinita ad rudimenta fœtus Chriſti futuri, in ovulo Virginis Mariæ latentia, excitanda fœcundanda & deinceps explicanda & formanda, quod ad corpus attinet, opus fuerit. Quodſi denique & prima corporis humani ſtamina in Eva non fuerint, & opinio Lewenbockii

(u) vid. Schurigii Spermatologia.

(x) in Propramm. quo eu, quæ in concept. & nativit. Chriſti naturalia ſunt & probe diſtinguenda ſupra naturalibus proponit.

(y) vid. Wolffius in den V. G. L. L. cc §. 445. ſq.

(z) vid. ejusdem diſput. de Maſſa, ex qua Chriſt. natus, præſervata Reſp. Haſelringio.

(aa) Theolog. Dogmat. Revel. Tom. II. §. 158. Schol. 1. 2. 3. de Stamine Chriſti §. XXII. XXVI. ſeq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0009
DFG


böckii ſive recentiorum de animalculis ſpermaticis tanquam primis hominum rudimentis, veri nonnullis ſimilior eſſe videatur; veritati cœleſti, noſtra quidem ſententia ea explicatio noxia non eſt, qua virtute ſua infinita ac operatidne immediata, nullo Viri ſemine intercedente, quippe quem Maria non agnoverat Luc. I. 4., ſpiritus S e materia in Ovulo Mariæ exiſtente & per ſe inhabili Corpus Chriſti, quoad prima rudimenta fecerit, ejusque explicationi ulteriori præſens modo fuerit ſingulari. Quam ſententiam ut omnium vetiſimillimam Rector Vinarienſis Clariſſimus Iac. Carpovius inculcare annisus eſt. Interim Chriſtum, quamcunque etiam ſequamur ſententiam, revera ex Maria natum eſſe, & â patribus deſcendiſſe, cognoſcimus, cum in qualibet hypotheſi ex materia virgine exiſtente & â patribus derivata ſuam accepit naturam humanau. Si denique Redemptor noſter eodem, qno modo filii noſtri, particeps factus ſit carnis & ſanguinis, & Semen Abrahæ aſſumens, per omnia fratribus aſſimilatus Hebr. III. 48. receptam Theologorum noſtrorum ſententiam, qua quidem Lineamenta omnium membrorum corporis Chriſti primis conceptionis Mariæ momentis ir fætu Latitarunt non autem omnia membra perfecta & ſimul atque unico ſpiritus ſancti actu edita fuerint, ut quidem Patrum noſtrorum Theologorum, Calvino Reformatorum & pontificii pene omnns putarunt, ſe ſimilitudine veri probare videmus. Eadem enim eſt ratio omnium naturæ Lege, ut ſupra docuimus ex ſtaminibus hominum naſcendorum. Ignoſcite autem Viri O. O. Honoratiſſimi eam Medico Licentiam, qua opiniones Medicorum forſan fundamento deſtitutas rebus fidei arduis immiſcere, attentionemque veſtram piis alendam meditationibus fatigare auſus eſt.

Agamus interim & præſentem Nativitatis Chriſti feſtum diem jucundiſſimum die devote & reverenter peragamus.

P. P Sub Sigillo Rectoratus

Die XXV. Decembris Anno a Chriſto nato MDCCXLIV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0010
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0012
DFG

ficis (u) præparatur, ad fætum formandum â DEO co
eſt, feminis Mariæ congregationem ejusque excitati
fœcundationem â ſpiritu S. neceſſariam duxit. Cum a
ritate phyſiologorum principii hæcce conceptionis exp
pendet, & jam illa veterum hypotheſis diu rejecta eſt
explicandæ filii DEI conceptionis accuratius meo quic
cio tetigiſſe videntur, qui ſalvatorem mundi ex Ovulo
titiſſe, ſunt profeſſi. Quam itaque cum veritatis teſte
felio, qui hanc ſecutus eſt hypotheſin (x) â Theologi
dam Pomeranis, dicam ea propter ipſi moventibus, inic
ſt, æqui rerum arbitrii judicent.

Sententia vero de origine ſtaminum in ovulis ex
duplex eſt; altera in primo ejus generis animali, int
cet hominum in Eva fætus rudimenta ponentium, quo
involutionis â Malibranchio defenſum plurimi pl
aſſumſerunt; altera eorum, qui ſtamina futuri homini
norato Fabrii, Perault & Sturmio, in aere aqua & terr
ab hominibus mediante cibo vel potu vel attractione ſ
talis accipi perhibent (y) Secundum illam, non hanc
ſin Theologi quondam conſumatiſſimi academiæ no
ris b. Ioh. Fechtii (z) ſententia, aliis viſa ſingularis,
Chriſti præſervata, ex qua Salvator generis humani
Prophetis prædicto factus ſit, explicari poſſe videtu
niſi ſpiritus S. ſingulari operatione & virtute infinit
menta fœtus Chriſti futuri, in ovulo Virginis Mariæ la
citanda fœcundanda & deinceps explicanda & forma
ad corpus attinet, opus fuerit. Quodſi denique &
poris humani ſtamina in Eva non fuerint, & opini

(u) vid. Schurigii Spermatologia.
(x) in Propramm. quo eu, quæ in concept. & nativit.
turalia ſunt & probe diſtinguenda ſupra naturalibus
(y) vid. Wolffius in den V. G. L. L. cc §. 445. ſq
(z) vid. ejusdem diſput. de Maſſa, ex qua Chriſt. natu
ta Reſp. Haſelringio.
(aa) Theolog. Dogmat. Revel. Tom. II. §. 158. Scho
de Stamine Chriſti §. XXII. XXVI. ſeq.

the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 0111
Patch Reference numbers on UTT
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004032935/phys_0013
DFG